

Ubi tantillum otii tua studia tibi permittant, rogo ut mihi per literas, quantocius poteris, significes, num Sueciam penetraverit morbus miliaris, seu *purpura alba* Germanorum lipsiae primum nata, et deinde num successu temporis detectum sit, quid esset specificum quod adversus hunc morbum promulgavit Joh. Gerardus Wagnerus Lubecensis epistola edita lubecae anno 1742³. Totus sum in hoc morbo nobis familiari describendo, cumque ejus progressum prosequor, haec omnia scire maxime vellem.

Vale Vir Sapientissime meque tuo dignare favore.
Dabam Augustae Taurinorum die 25. 9^{bris} 1757.

Utanskrift:

*Viro Sapientissimo
Carolo Linnæo Equiti
Aurato de Stella polari,
Professori Celeberrimo etc.,
Upsaliam.*

Linn. Soc., Vol. I: 38—39.

¹ Detta Linnés bref är nu okänt.

² JAC. BARTHOLOM. BECCARI, se Afd. I: D. 6, s. 438, not 1. Den citerade afhandlingens titel är: *De bononiensi arena quadam* i Bologna-institutets *Commentarii*, Vol. 1, 1748, s. 62—70.

³ J. G. WAGNER, *De medicamento quodam ad puerperarum febres mali moris imprimis sic dictam purpuratam specifico epistola* . . . (Lubecae 1742). — Allioni utgaf *Tractatio de miliarium origine, progressu, natura et curatione* (Aug. Taurin. 1758).

12.

Viro Sapientissimo, Celeberrimoque
Carolo Linnaeo Equiti Aurato etc.

S. Pl. D.

Carolus Allionius.

Offero tibi, Vir Sapientissime, his litteris inclusa paucula semina, quae, ut grata tibi sint vehementer opto. Exilis status Horti Regii Taurinensis meae, nunc temporis curae commissi, non sinit majoris momenti et plura semina offerre. Proxime sequenti autumnno longe plura me posse porrigere confido, nullam enim diligentiam pretermitto, ut pedemontii stirpes in hortum conferam, et ab amicis plura semina expecto.